Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36942
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Ysaac portat ligna sua

223

z illo lappa

Sicud olim per adam z eua fecit nostram dampnacionem
Dyabolus enim videns sanctos patres in limbo exaltare
Conuiciebat quod xpus per suam passionem vellet eos liberare
Qua propter per presidem passionem xpi impedire instabat
Et ipsum per familiam suam i. per feminam magis instigabat
Quod deceptorius stimulus dyaboli z femina blanda
Per quam tam blande stimulat viros ad mala perpetranda
Milites igitur pilati ihesum veste purpurea exuerunt
Et vestibus suis qui spoliatus fuerat reinduerunt
Imposuerunt autem humeris suis crucem portando
Et hoc eciam fecerunt ad maiorem ipsius contumeliam
Lignum enim dyaboli maledictum tunc esse dicebant
Et idcirco milites pilati nec iudei portare volebant
Crux ergo que tunc reputabatur maledicta z ignominiosa
Per passionem xpi facta est benedicta z gloriosa
Et que tunc erat patibulum furum z supplicium latronum
Modo depingitur in frontibus principum z imperatorum
Et in qua tunc maleficii socii dyaboli suspendebantur
Et per eam nunc demones puniuntur z effugantur
Hec autem baiulacio crucis xpi iam recitata
Olim fuit in ysaac filio abrahe prefigurata
Ysaac enim ligna propriis humeris afferebat
In quibus eum pater suus immolare dum intendebat
Sic xpus humeris propriis crucis patibulum baiulabat
In quo eum gens iudeorum suspendere affectabat